



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

4 Aduocati dicuntur militare in Rep.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

P R I M V M . 13

hoc est Defensoris onus obire
intra ordinem , siue corpus De-
fensorum ad tradita in l. final.
vers. Milites autem. C. de loca-
to, quod * Verbum militare Ad-
uocatis propriè conuenire pro-
bat rescriptum Leonis , & An-
themij ita conceptum in l. Ad-
uocati 14. C. de Aduocat. diuers.
Iudiciorum , Aduocati , qui di-
rimunt ambigua facta causarum,
suæque defensionis viribus in re-
bus sœpè publicis , ac priuatis la-
psa erigunt , fatigata reparant ,
non minus prouident humano ge-
neri , quam si prælijs , atque vul-
neribus , Patriam , parentesque
saluarent : Nec enim solum nostro
Imperio militare credimus illos ,
qui gladijs , clypeis , & thoraci-
bus

4

bus nituntur , sed etiam Aduo-
catos ; Militant namque Causa-
rum Patroni , qui glorioſæ vocis
confiſi munimine laborātium ſpem,
vitam , & posteros defendunt ;
quod Cicero . pro Murena . Vr-
banam Militiam appellauit , ibi .
Seruius hic nobis cum hanc Vrba-
nam Militiam respondendi , scri-
bendi , cauendi , plenam follicitu-
dinis , ac ſtomachi sequutus eſt ,
Ius ciuile didicit , multum labo-
rauit . præſtò multis fuit ; Atque
ideo Gregorius Defensorum mi-
litare dixit in ſchola , vt ſeſilicet
Vrbanam illius militiam intra
ordinem Defensorum innueret
quod re ipsa teſtatus fuit . lib . 7 .
Indict . 2 . cap . 83 . epift . 83 . in qua
Fantino Defensori Iudicialem
De-

Defensionem iniunxit in Causa
Januariæ Abbatissæ, quæ mole-
stabatur ab Anastasio.

Quòdque * Summi Pontifices
Defensorum nomine intellexe-
rint de Aduocatis, fatis esse vi-
detur testimonium Pelagij Se-
cundi immediati Prædecessoris
Gregorij in rescripto ad Anto-
ninam Patriciam, & Deciam
postulantes Monachum fieri
Defensorem, relato per Gratia-
num 16. quæst. 1. can. de præ-
sentium. 20. in hæc verba. De
præsentium Portitore, quod De-
fensor factus non est, nulla vobis
animi molestia sit, quia verè sa-
tis amarissimum habeo de isto pro-
posito ad illud officium homines
deduci, in quo nullo modo, quæ
a